



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula LXXXVI. Facultatis concessae Episcopo munera Pontificalia
exercendi in aliena dioecesi absente illius Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

FORMULA LXXXVI.

*Facultatis concessæ Episcopo munera
Pontificalia exercendi in aliena
diœcesi absente illius Epis-
copo:}*

PEt illustri & Reverendissimo in
CHRISTO Patri Domino N. Dei
& Apostolicæ Sedis gratia Episcopo
N. salutem in Domino. Gum ob diu-
turnam absentiam, & itineris distan-
tiam, quibus nos à civitate nostra Brach-
arensi detinemur, munera Pontificalia
clero, & populo Bracharensi mi-
nimè exhibere possimus, ne propte-
rea Ecclesia debit is ipsiis muneribus,
& obsequiis spiritualibus destituantur,
quantum cum Domino licet, provi-
dere cupentes, quæ ad Dei honorem,
& animarum salutem, & divini cultus
augmentum pertinent, Reverendissi-
mam Dominationem vestram etiam
atque etiam rogamus, & in Domino
requiri mus, quatenus postquam per
dictam civitatem ei iter facere conti-
gerit dignetur in die Cœnæ Domini
proxime ventura olea Catechumenorum,
& infirmorum, ac Chrismatum
benedicere, & consecrare, & in die
Sabbathi sancti proximè futuri Sacram
Ordinationem in Cathedrâl, vel alia
Reverendissimæ Domæ. Vestræ bene-
visa Ecclesia dictæ Civitatis celebrare,
& primam Tonsuram minores
quæ ad majores, etiam Presbyteratus
Ordines Diœcesantis, & exteris, ac

etiam Regularibus clericis conferre,
debitas litteras dimissorias à suis or-
dinariis & superioribus habentibus,
aliás tamen à nobis approbatis, con-
ferre, Ecclesiæ, cœmeteria, & altaria
consecrare, & pollutas, seu pollu-
tam reconciliare; Sacramentum
Confirmationis etiam in Parochialibus
Ecclesiis ministrare, campanas,
corporalia, pallas, & alia Ecclesiastica
paramenta benedicere, ac patenas
consecrare: servatis tamen in præ-
missis iis, quæ hoc de genere à Sacris
Concilii, & Romano Pontificali
præscripta sunt. Pro quibus omnibus
muneribus, & eorum quolibet exer-
cendo amplitudinibus facultatem coa-
cedimus &c. ultra beneplacitum no-
strum non valituram. In quorum si-
dem &c. Dat. &c.

FORMULA LXXXVII.

*Licentia Parocho concedenda se absen-
tandi per triginta dies.*

Dominus Rodericus &c. Dilecto nobis in
CHRISTO. Presbytero N. Re-
ctori Parochialis Ecclesiæ S. N. Salu-
tem in Domino. Quia nobis signifi-
casti, legitimam causam, qua per ali-
quot dies à Parochia tua abesse possis,
licentiamque petiisti, dummodo in-
terim de substituto idoneo & à nobis
approbato primum provideas, quod
ab Ecclesia tua possis abesse per dies
triginta, qui à presentium data initi-
um capiant, his literis facultatem con-
cedi-